rogativa quavis tenendi habendi et possidendi, Illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad Usus suos suorumque Successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno Poloniae observari solitarum.

Chylinski Magnificis Grudzinskim Coniugibus suo pro interesse Intercisam Roborat.

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosus Petrus Chylinski sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit, Quia ipse suo, et Generosae Magdalenae Poniatowska Consortis suae Legitimae, pro cuius ratihabitione cavet ac se praesentibus inscribit nomine, se ac suos Successores in et super Bonis suis generaliter omnibus Summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus Intercisam certam inter Magnificos Nicolaum a Grudna Grudzinski Golubiensem Grzyboviensem Capitaneum et Domicellam de Sczawin, primarum Nuptiarum Illustris et Magnifici Constantini Lubomirski, Comitis in Wisnicz et Iaroslaw Dapiferi Regni, ad praesens vero secundi thori supraseri

1768

Magnifici Capitanei Golubeys Consortem legitimam ab una, esseque Recognoscentem, prædictamque Consortem suam, ratione certarum rerum et Conditionum in eadem Intercisa contentarum de Actu et Data ipsius in Pethrie Die sexta Junii Anno præsenti confectam conscriptam manuque propria prædictorum Magnificorum Grudzinskich Conjugum quam sui Recognoscentis et prædictæ Consortis suæ propriis subscriptam in omnibus et singulis ejusdem Intercisæ Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, Vadiis, ligamentis, ac nexibus generaliter universis quantum pro Sorte et interesse sui et Consortis suæ Conditionesque personam sui Recognoscentis et Consortis suæ stringentes spectat et pertinet, firmiter tenere, complere exequi ac inviolabiliter observare, omnibusque et singulis ejusdem Intercisæ contentis tam in toto quam in quavis minima parte semper toties quoties opus fuerit satisfacere, Intercisam præfatam ad Inscriptionem præsentem Roboratoriam et Inscriptionem præsentem Roboratoriam ad prædictam Intercisam vicissim in toto referendo. Idque sub Vadio summæ Mille Quingentorum florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem sive eius Successores prænominatis Magnificis Grudzinskim Conjugibus vel illorum Successoribus ob non completionem Contentorum Intercisæ prædictæ omnium et singulorum quantum pro Sorte et interesse sui Recognoscentis prædictæque Consortis suæ, et Conditiones personas tam sui Recognoscentis quam Consortis suæ stringentes spectat et pertinet, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Nihilominus idem suprascriptus Recognoscens Generosus Chylinski debebit et tenebitur, prout se ac suos Successores in et super Bonis suis generaliter iisdem Magnificis Grudzinskim Conjugibus, eorumque posteris

omnibus summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis suprascriptis Magnificis Grudzinskim Coniugibus legitimis eorumque Posteris inscribit et obligat praesentibus, memoratam Generosam Magdalenam Poniatowska Consortem suam Legitimam, vel in eventu mortis Successores illius, ad approbandam per ipsam Inscriptionem praesentem Roboratoriam, vel simplex suo pro interesse faciendam, ad Acta quaevis authentica Regni, vim perpetuitatis in se habentia intra decursum sex septimanarum cum personali assistentia sui Recognoscentis adducere et personaliter statuere, ab eaque vel eius Successoribus ut praemissa debite exequantur efficere. Idque sub alio simili et seorsivo Vadio Summae Mille Quingentorum Florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem Generosum Petrum Chylinski sive eius Posteros praenominatis Magnificis Grudzinskim Coniugibus aut eorum Successoribus ob non statutionem praedictae Consortis suae pro tempore et loco superius expressis statuendae ad solvendum succumbendo. Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendum succubitis, ac pro re aliqua principali ex contentis. Intercisae praefatae non completa complenda, praefataque Consorte sua non statuta statuenda citatus existe[ns] memoratus Recognoscens Generosus Petrus Chylinski sive eius Posteri ad instantiam suprascriptorum Magnificorum Nicolai à Grudna Grudzinski Golubens. Gryboviensisque Capitanei, et Daniellae de Sczawin Coniugum Legitimorum aut illorum Successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense, exteinc recessu suprascripto, quoad respondendum spectat, mediante semper in primo citationis Termino, tanquam peremptorio, stare Iuri pa-

1770

rere, respondere, Vadium, vel Vadia praefata luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori, minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta, ad Quitorem, vel aliis quibusvis Dillationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea Ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos, Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Poenis simplicibus vel triplicatis Quasi commissa Suspensionibus fatalibus Juris, praescriptione Terrestri, bello, Conventioneque, ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Vruscy Sozanskim Coniugibus Donant cum Consensu Parentis.

1401 Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobiles Joannes et Jacobus Vrusci fratres inter se germani, olim Nobilis Zachariae